

et esse veraciter obligatum, pro quibus ipsi Nicolao predia mea, videlicet vnam marcham terre cum dimidia ora in villa Humblastum et vnam oram terre in villa Valby parochia Løet prouincie Trøgh dyocesis Vpsalensis, ratione inignoracionis committo et assigno, renunciando omni iuri ac dominio possessionis prediorum predictorum vltorius habendis, donec pecunia prescripta dicto Nicolao uel suis veris heredibus per me uel heredes meos integraliter fuerit persoluta. Fructus annuales exinde prouenientes in sortem principalem minime debeant computari. In cuius rei euidentiam firmiorem sigilla discretorum virorum Beronis Niclisson et Johannis Olafson vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum Stokholmis anno Domini m^occ^ocliii.

De tre sigillen borta, remsorna kvar.

4989.

1354 Jan. 1.

Rådet i Essen förklarar, att tvänne borgare inför detsamma edligen intygat, att fred rådde mellan konungen af Sverige och staden Kampen vid den tid, då Visbyrådmannen Tidemann Los af Kampens köpmän i Öresund beröfvades vissa sina ägodelar.

Orig. i Lübecks Statsarkiv.
Tryckt efter LU I, 3, s. 190.

Vniuersis auditoris presentes litteras et visuris consules oppidi Assindensis salutem cum noticia veritatis. Notum facimus et omnibus, quorum interest seu interesse poterit, per presens scriptum publice protestamur, quod constituti propter hoc in nostra presencia Johannes dictus Wynre et Albertus dictus in der A, viri discreti, nostri veri et liberi coopidani, bona hereditaria et possessiones sufficientes infra dictum opidum nostrum et extra tenentes et possidentes, fidedigni quoque ab antiqua noticia reputati, spontanea sua voluntate suis iuramentis publice protestarunt et confirmauerunt, quod firme pax et treuge ordinata et stabilita erant inter regem Swecie et illos de Campen eisdem die et hora et prius, quando illi de Campen bona discreti viri domini Thidemanni dicti Los, consularis in Wysbu Godlandie, (bona sua) videlicet quinque frusta pannorum, in passagio Orssund rapuerunt atque abstulerunt. In quorum omnium testimonium sigillum nostri opidi presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini m:mo ccc:mo quinquagesimo quarto ipso die circumcissionis Eiusdem.

Sigillet vidhängande.

4990.

1354 Jan. 4.

Linköping.

Konung Magnus bekräftar sin farfaderns, Magnus Ladulås', bref af den 28 april 1280 ¹⁾ rörande anslag af fattigtionde till hospitalet i Skeninge.

Hogenskild Bielkes kopiebok i Ups. Univ. Bibl., sign. E 131, fol. 441.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus, Dei gratia rex Suetiæ, Noruegiæ ett Scania, salutem in Domino sempiternam. Tenore presenti (o: -is) nouerint

¹⁾ Detta bref saknas i SD och aftryckes därför här.

vniuersi nos vidisse litteras infra scriptas aui nostri charissimi domini Magni, Suecorum Gothorumque regis, in nulla sui parte viciatas, tenorem qui sequitur continentes: Magnus, Dei gratia Suecorum Gotorumque rex, omnibus præsentibus litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Cum humanæ pietatis compassio miserorum compati debeant miseris et precipuè quos morbus affligit incurabilis lepræ, videlicet cuius macula miserabiliter inficit et deturbat, vnde licet a sanis videntur localiter beneficio, tum consolationes ac temporalis subsidii nullatenus possunt nec defraudari, cum itaque sano consilio ac discretione prouida et a Deo ut credimus inspirata auus noster dominus Magnus Mijneskiold nec non et patruus noster episcopus Carolus ac pater felicitis memoriæ dux Birgerus, quorum animæ in pace requiescant, consensu pariter a (o: ac) assensu magis discretorum regni statuerunt firmiter, ut domui leprosorum Scheningæ satis egentium singuli nouem prouincias versus occidentem in Gocia inhabitatens (o: -tantes) vnam mensuram annonæ de decimis pauperum de cuilibet octonario præsoluant annuatim, in Kynd autem et Ydræ et a singulis communitatis incolis, que almenning dicitur, præfato hospitali tertia pars decimi pauperum integraliter reddatur, de Widbo et Tuetum communio nec non et Visingxö a quolibet rustico vnum modium annonæ annuatim hospitale (o: -i) supradictum (o: -o), hac conditione, ut omnes, quos in dictis prouinciis lepra infici contigerit, gratis ibi recipiantur nulla conditione penitus reclamante, nos igitur eorum factum tam pium et tam commendabile totum habere cupientes litteras præsentibus sigilli nostri numine (o: munimine) confirmamus, præcipientes discretius, quatenus omnia, quæ supradicto pro genitores nostri statuerunt in hac parte, non solum a rusticis sed a singulis (o: -is) ecclesiasticorum prædiorum siue monasteriorum vel aliorum quorumlibet incolis diligenter obseruentur. Quicumque autem huic statuto contradicere præsumserit et dictam elemosinam non soluerit, nostram sine dubio sentiet ultionem. Datum Bielbo anno Domini 1280 4 kalend. maij.

Nos igitur rex Magnus prædictus, piis progenitorum nostrorum vestigiis inherere cupientes, præsentem aui nostri ordinationem ratam et inuiolabilem decernentes, ipsam tenore præsentibus (o: -is) confirmamus, mandantes et volentes ac etiam firmiter præcipientes antedictam elemosinam per omnes et singulos, ut præmissum est, fideliter exhiberi, prout gratiam nostram diligere voluerint ac fauorem. Datum Lincopiæ anno Domini 1354 quarta die circumcisionis Eiusdem.

Förut tryckt hos Rääf, Saml. om Ydre, III, s. 377 f.

4991.

1354 Jan. 4.

Kyrkoherden Daniel i Grebo, hans moder Benedikta samt tvänne söner Magnus och Ingemar sälja till Nils i Stång, fogde i Linköping, tio spans afgäld i Fröstad, Rystads socken.

Orig. på perg. i Ups. Univ. Bibl.

Vniuersis presens scriptum cernentibus Daniel, curatus ecclesie Grepaboo, et mater sua *Benedicta* cum filiis Magno et Ingimaro salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium omnibus pateat euidenter presentibus et futuris nos discreto viro Nicholao de Staangh, aduocato Lincopie, decem modiorum redditus in Fröp-